



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XII. XIII. † B. Alberti Magni apud PP. Dominicanos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

à B. Annone fuit examinatum. De eodem hæc in vita B. Annonis annis abhinc quingentis conscripta lib. 1. cap. 30 asseruntur: *Quod cum Epistolis Legatos suos (S. Anno) ad Græcie Regem direxerit, qui reuersi Dominici Ligni partem non modicam, aliq̄ Regalium donorum insignia, Rege transmittente, ipsi præsentarunt. Eiusdem ad 26. Octob. meminit Vluardus msc. Colonia auctus: Septimo, inquit, Kalendas Nouembris, Colonia in Ecclesia S. Mariae ad Gradus, festum aduentus S. Crucis Christi: quæ eadem ad illum diem Canisius in suo Martyrologio.*

XII. XIII. ✠

B. ALBERTI MAGNI
apud PP. Dominicanos.

*Veritas
Crucis
iudicio
ignis.*

IN PP. Dominicanorum sacratissima Crucis Ecclesia similis S. Crucis particula custoditur, quam (vt dixi) dono S. Ludouici Regis Gallorum datam, beatissimus Ratisbonensium Episcopus Albertus Magnus è collo gestauit, postquam igne eius explorasset veritatem, vt testatur quoque Agrippinense
Sacra-

Sacrarium pag. 172. Crux etiam lignea,
 quæ inter Chorum & Nauem templi
 omnium obuersatur oculis, ab eodem
 B. Alberto erecta est, quam cum aliis
 reliquiis tum festucâ Dominicæ Arbo-
 ris auro vestitâ inferfit. *Tertiam non ita
 dudum acceperunt è Dominico Ligno Crucem
 auro vestitam.*

XIV. ✠

AD S. PANTHALEO-
nem.

B Panthaleonis Cœnobium à pluri-
 bus sæculis, inter reliquias fragmē
 Dominicæ Crucis asseruat, vt author est
 Trithemius, idq; per Albertum Lacen-
 sem accepit tunc, quando Heisterba-
 censes suum, vt infra dicam, acceperūt.

*Crux S.
 Pantha-
 leonis.*

XV. ✠

DVSSELDORPIENSIS,
ex S. Martino Coloniensi.

S Egmen etiam ex eodem sanctissimæ
 Crucis Ligno, fuit Coloniae in Basili-
 ca S. Martini olim asseruatum, quod
 mo-

*Crux
 Dussel-
 dorpiens.*